





Tom III  
Mijakaneop Philoby.

*[Faint handwritten signature or initials]*





כטשי:

EXERCITATIONUM PHILOLOGICARUM

In

# PSALMUM

## PRIMUM,

TERTIA,

Ad Ejusdem Comma tertium:

*habebitur publicè*

In Electorali Academia Wittebergensi,

PRÆSIDE

## ANDREA SENNERTO,

Profess: Publ:

*Respondente,*


M. JOH. CASPARO SCHULINO,

Franco,

*ad d. 28. Septembr. horis antemerid. 21. Jan*

In Auditorio Majori.

cl. Is c. LIH. I



WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Röhneri, Acad. Typogr.

*R. Sifalgor*



EXERCITII JONATHAN PRAELECTIO  
Pater sic olim scripsit habundans  
Pater sic olim scripsit habundans  
Pater sic olim scripsit habundans  
Pater sic olim scripsit habundans

ABRAMEL  
ABRAMEL  
ABRAMEL  
ABRAMEL

ANDREA  
ANDREA  
ANDREA  
ANDREA

M. JOH. SCHLINDING  
M. JOH. SCHLINDING  
M. JOH. SCHLINDING  
M. JOH. SCHLINDING

WITTEBERG  
WITTEBERG  
WITTEBERG  
WITTEBERG

5

1. 1. 1. 1.







**D**icere sic olim suevit laudanda *vetustas*  
Fortiter audentes adjuvat ipse *Deus*.  
*Te* quoque pugnans *Numen*, venerande, juvabit  
Publica dum rursus pulpita ritè regis.  
**P**ergito; pergito enim famæ sic crescere splendor  
Sicq; tuum *quævis* nomen ad astra feret.

*Cl. Dn. M. Johanni Casp. Schulino,*  
*amico suo fraternè dilecto gratula-*  
*bundus scribebat,*

**Johannes Schottius, Sereniss. Elect.**  
Sax. ædilium quantum ad munimen-  
tum attinet Curator & Illustriss. Aca-  
demix Quæstor.

**Ο**ἴλινα. Φίλε, κρατεῖ ἐνὶ πόσιν πάλλας Ἀθήνη  
Ὅις πολέμοισιν, ἔπειτ' ἀγλαὰ δῶρα δίδοι.  
Ὁφρα ποὶ ἐμβαίνησι κλυτὸν μῦσῃσι καὶ θεοῖσιν  
Ὅις τῆνι, σωφρονῶν ῥήματα πολλὰ χέων.  
εἰς Φιλίας τεκμηρίον  
τίθει

**M. Claudius Ericus Rogman.**

**Q**uæ latet in terræ conclusis flamma cavernis,  
Perpetuo tentat surgere in alta loca.  
Numquid is igniculus, stimulat quæ mentis acumen,  
In fibris lateat, *sua vis Amice*, tuis?

Non.



Non latet: hinc toties nostro sub Apolline certas,  
Ac hodie rursus pulpita docta premis.  
Nisibus ergo tuis iterum complaudo *Schuline*  
Auguror ex illis commoda mille Tibi

Tuus.

M. Martinus Liepenius  
Gortzâ-Brandenb.  
Marchicus.





## Vers. III.

**D**Eclaratio sequitur antecedentium, sive amplificatio vel exornatio, planè elegans: similitudine desumptà quidem ex trivio quasi, ab arbore sativà, virente perpetuò & frugiferà: quæq; adeo describitur: 1. à situ, plantatione ejusdem atque radicatione, ut sic loquar, 2. à fertilitate s. fructibus maturrimis sive maturescentibus suo quibusq; tempore, 3. foliis, sive flore vigoreq; illius perpetuo. [Parallelum huic atque planè commodum locum, ubi singula hæc multò uberius declarantur, V. Jerem. XVII, v. 8.] Quibus deniq; 4. subjungitur, heic quidem, applicatio ad אֱשֶׁרֵי הַיַּיִשׁ pium beatumq; Virum nostrum, quod scil. hunc planè in modum, eidem omnia quæ agit, prosperè succedant. Sigillatim singula vicissim considerabimus membra.

וְהָיָה כְּעֵץ שֶׁתָּוֵל עַל פְּלִיגֵי מַיִם *Etenim est sicut arbor plantata juxta rivos aquarum* Targum: וְהָיָה כְּאֵילָן עַל שְׂפֵי מַיִם *Et erit sicut arbor vite plantata juxta rivos aquarum.* Syrus eundem fere in modum: *erit sicut arbor, que plantata (est) ad rivos aquarum.* Tantundem Arabs: וַיְכִיֵּן כַּמֵּתֵל אֶל־שִׁגְרָה אֶל־מַגְרוֹסָה עָלָי מִצְאָרֵי אֶל־מֵי־הָאָרֶץ *Et erit sicuti arbor plantata ad decursus aquarum.* LXX Senes: ἔσται ὡς τὸ ξύλον πεφυτευμένον ἐπὶ τὰς διεξέδους τῶν ἰδάτων. *Vulgatus: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.* B. Lutherus: *Der ist wie ein Baum/ gepflanzt an den Wasserbächen.* Nimirum omnes in unum eundemq; fere modum ὡς φράζουσι.

F

וְהָיָה



וְיִיָּהּ & erit, vel nam, quia erit. Alii sanè, quin imò, Genebrard. Lorin. ex parte. Vau enim causaliter non raro significat: Gen. II, 19. וַיִּצְרָה nam formaverat Deus &c. cap. XX, 3. Jes. XXXIX, 1. & alibi sapissimè. Ita h. l. *Beatus est ille homo, &c.* nam quasi arbor est plantata &c.

הָיָה est, vel erit; sicut unanimiter reddunt Interpretes, prout modò vidimus, Targum, Syrus, Arabs, Senes Græci, Vulgatus: Lutherus: der Yst. Utrumq; enim & præsens & futurum per Præteritum exprimitur non raro. V. infra Observ. IV. & Rever, pl. D. D. Glassium, Phil. S. Lib. III, tract. 3, can. 46. וְכַדָּם sicut lignum, arbor.

וְכַדָּם enim in latissimâ significatione lignum est, & aridum & viride, i. e. arbor: conf. Ezech. XVII, ult. Genes. XXII, v. 3. 6. & 9. Cap. I, II. imò nonnunquam fructum ejus denotare videri poterat, v. Gen. II, v. 16. & 17. Hoc loco, extra controversiam, arborem significat (unde Chaldaeus & Syrus per אֵילָן & אֵילָנָא, Arabs, شجرة, addito epitheto insuper וְכַדָּם vite à Chaldaeo, q. d. vivida, virescens, reddunt) uti patet etiam vel maximè ex sequentibus.

וְכַדָּם plantata: quâ voce porrò à sylvestri nostram, ferâ sive sponte natâ distinguere voluit Vates. וְכַדָּם enim, unde paul participium, propriè plantare notat, transplantare arborem aut vitem in alium seu locum seu stipitem, maximè per stolones (שְׂתוּלֵי וְכַדָּם, Schößlinge, conf. Psal. CXXVIII, 3.) potius taleas vel ramulos ab illis, arborum aut viti, avulsos, abscissos. V. & conf. omninò Ezech. XVII, v. 8. 10. 22. & 23; imò lege totum Caput. Unde Aquila, cit. Orig. & Ambros. commodum per μεταφύτευόμενον (LXX simpliciter: μεταφύτευόμενον) reddit. μεταφύτευειν δένδρον, transplantare arborem,



rem, V. Druf. in fragm. heic. Varios ceterà stirpium propagationis modos, per lachrymas, flores, semen, radices, bulbos, ramos; porrò per submersionem, circumpositionem, terebrationem, insitionem, inoculationem, delibrationem, ablationem v. sis hodie apud Petr. Laurenbergium, in horticulturà, cap. XIV. seqq. De quibus & P. Virgilius, Georgicor. lib. II. vers. 20, seq.

*Hos natura modos primùm dedit: his genus omne  
Sylvarum fruticumq; viret, nemorumq; sacrorum,  
Sunt alii quos ipse viâ sibi repperit usus.*

& de hoc nostro, qui per transplantationem per ramulos in specie suscipitur, ibid. vers. 23, seqq.

*Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum*

*Deposuit sulcis:*

*Nil radicis egent alia; summumq; putator*

*Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.*

In quo scilicet differt nostrum *הנש* à *ענב*, quod plantare quidem etiam significat, sed *quicquid*, & *quovis modo*: v. Eccles. III, 2. Deuter. XVI, 21. Genes. II, 8. sic *tentorium*, Dan. XI, ult. *aurem*, Psal. xciv, 9. &c. Arbor ideoq; hic intelligitur haud fera; ut supra partem etiam dictum; addo vulgaris, spontanea: sed multò nobilior eadem, manu hortulani, ejusdemq; studio in arboreto consita, (sylvestres enim vel quoque arbores transplantatione regenerari non rarò, & ex feris in mitem & frugiferam naturam transire notum est) quæ ut eò melius vigeat, vernet atque obduret, coloni denique laboribus fructum ferendo speratum respondeat, transplantata est, vel ex arenoso, sicciori & sterili solo in locum irriguum ad rivos aquarum, uti mox dicetur, vel beneficio stolo-



num in alium seu stipitem seu locum. Sunt, qui tandem participii hac formâ paul insinuari quoque passionem durantem omninò stabilemq; putent (arbor q. d. quæ plantata adhuc est, constanterq; ita manet.) V. A. ben Esra ad Exod. XVIII, 10, nec non Præcepta nostræ ed. pag. 44. seq. על פלגי מימיך sequitur jam: על super, supra aliàs propriè significat: est enim ab על ascendit, con-transcendit. Hoc verò loco: juxta, secundum, prope, ad; sicut Psalm. XXIII, 2. XXIV, 2. CXXXVII, 1. פלג (unde πέλαιος, pelagus deductum volunt) & in multitudinis numero פלגים & פלגים in reg. rivi, rivuli sunt. Græciæ: ῥυαξ & ῥυακίον à ῥέω fluendo, notantur, aquarum scil. decursu. Ebrais verò à פלג divisit, divisione earundem in varias διεξόδους; q. dicas, loca vel spatia, in quæ sparsim derivantur, dividuntur, hinc & inde flectendo, aquæ à fontibus divisæ: divisum quasi, aut divergium, ut loqui amat Buxtorf in Lex. heic, fontis. Vicissim Chaldaus פלג fluenta tamen maluit, à פלג, quod ex Ebrao פלג est, per μεταβολήν notoriam, fluere, effluere, exundare. מימי postremò omnium additur. Non nudè dictum scil. על פלגים ad rivus: nec simpliciter id, על מימי ad aquas complacuit Vati, sed hoc potius, conjunctim sumptum: על פלגי מימי ad fluenta aquarum. An verò jam id ex genio lingvæ nudè ac tantum? Minimè. V. & conf. omninò infra Observ. X. Sunt porrò, qui ex significatione פלג originali, divisiones aquarum, sive potius abundantiam & multitudinem harum exsculpere satagunt: quod locus irriguus undique, vel hac ipsa quidem dico nomenclatione, quem nimirum utrinque rivuli præterlabantur amœnissimi,



nissimi, quique horti spatiis vicissim distinctis variisque  
 ipsi separentur quoque & dividantur hinc & inde in  
 majori copiâ, intelligatur. Verum verò sit ita fortassis:  
 ex phrasi tamen integra rectius multò paradisus hic  
 irriguus undique versum infertur. Id enim sanè cogna-  
 ta notionis hæc vocabula פְּלִי מַיִם *rivi aquarum*, sicut  
 hæc atque his similia alia: *aqua diluvij, terra pulveris, coe-  
 num luti, flamma ignis, &c.* volunt, innuunt. De quo, uti  
 modò dictum, pluribus infra in Observ. X. Jam  
 porro, non quavis etiam arbor, אֲרֵבֶתֶת אֲרֵבֶתֶת, plantata,  
 sed in specie atque *καλ' ἑξοχῆν* (ut ut fortasse de olea, lau-  
 ru, myrto, cupresso & similibus perpetuâ fronde co-  
 mantibus arboribus in genere item accipi possit) Pal-  
 ma dico tamen, nobilis planè in Scriptura S. arbor, hæc  
 videtur indigitari atque intelligenda maximè: utpote 1.  
 cujus certè, si alterius cujusquam, proventu Judæa, præ-  
 fertim circa Jerichuntem, omninò fuit nobilitata, uti  
 mox audiemus. 2. Proprietates atque notæ singulæ, quæ  
 hoc exponuntur commate, in hanc exactissimè qua-  
 drant: quod, primò, gaudet riguis, totoq; anno bibere  
 amat: conf. Exod. XV, 27. & Joseph. antiq. lib. III. cap. I.  
 Contra Olea decursus aquarum & rivos fastidit, arenti-  
 usq; solum amat: secundò justo anni tempore fru-  
 ctus grato sapore dulcissimos profert: denique sempi-  
 ternâ foliorum comâ perpetuò vernat. 3. Declarare se  
 se ita videtur ipse Vates Psalm. XCII, 13. quando: *Justus  
 ut palma florebit, &c. plantati in domo Domini, in atris Dei  
 nostri florebut &c.* 4. In specie Arabs fructum palmæ,  
*dactylos* nimirum, quos Græci *Φόινικας* appellant, expri-  
 mere videtur. V. infra paulò. Caterùm de palmâ hæc  
 E 3 habet



habet Plinius, nat. histor. lib. XIII, cap. 4. p. m. 234. seqq. *Judæa verò inclyta est vel magis palmis. Sunt quidem & in Europâ vulgoq; Italia, sed steriles. Et paulò post: Gignitur levi sabulosaq; terrâ, majore in parte & nitrosâ: gaudet & riguis, totoq; anno bibere amat. Et vicissim: pomi caro maturescit anno: quibusdam tamen in locis, ut in Cypro, quam ad maturitatem non perveniat, grato sapore dulcis est. Et iterum, pag. 236: Ab his caryotæ (palmæ fructus) maximè celebrantur, & cibo quidem, sed & succo uberrimæ: ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti, unde pono nomen. Sed ut copia ibi (in Oriente) atque fertilitas, ita nobilitas in Judæâ, nec in totâ, sed Hierichunte maximè. Et lib. XVI, cap. 20. hæc habet: Harum generi folia non decidunt: olea, lauro, palma, & c.* Postremùm, applicato igitur jam ad pium beatumq; nostrum  $\Psi\text{N}\eta$  membro hoc primo, quo Plantatio arboris typicæ hujus ad rivos aquarum describitur, voluit Symbolum hanc esse regenerationis piorum atque insitionis in Ecclesiæ gremium, cujus caput est Messias, Servator noster. Quemadmodum enim ab hortulano arbor fortè sponte nata, fera, aut certè fructum juxta suum genus vel speciem ferre nata, ex sterili loco transplantatur in irriguum solum, mitemq; adeo, fertilem & fœcundam commutatur eadem arborem: ita, inquam, à DEO, Patre Jesu Christi nostroq; eodem, ejusdemq; gratia merâ & misericordiâ, Matth. XV, 13. Johan XV, 1. seq. 1. Corinth. IV, 7. 2. Cor. III, 5. naturâ filii iræ, Gen. VI, 5. VIII, 21. Joh. III, 6. Ephes. II, 3. Oleastri, Rom. XI, 17. ex statu peccati, miseræ & mortis, Rom. V, 12. VI, ult. in oleam transplantantur fertilem, Rom. XI, 17. vitem suavissimam, Messiam Christum Joh. XV, 1. seqq. Rom.



Rom. VI, 5. vel Ecclesiam, Psal. XCII, 13. seq. I. Tim. III, 15. juxta & per rivulos aquarum h. e. mediante Spiritu S. per Verbum Esa. XLIV, 3. Rom. X, 14. seqq. & Sacramenta, impr. verò atque hoc in loco, initiationis, quod vocatur, s. Baptismum Ezech. XXXVI, 25. Joh. III, 3. seqq. Eph. V, 25. Ipsi illi adeo transplantati jam jam arbores existentes fertiles etiam, foecundæ vernantesq; perpetuò Psalm. XCII, 14. Joh. XV, 5. &c. Tandem adeò atque summatim, ut Vera illa, quæ secundum DEUM est Beatitudo, hac similitudine eleganti, (quod ad saltem etiam ejusdem membrum prius) non naturæ viribus sive primæ natiuitati, quæ carnalis est, sed spirituali, nimirum transplantationi, quæ fit per Verbum & Sacramenta, h. l. verò atque vel maximè, initiationis, quod vocatur vicissim, s. Baptismum adscribatur. Primum hocce itaq; (Plantatio nempe Arboris typicæ hujus juxta aquas) regenerationis symbolum sive Infitutionis **אשרי ה'איש** Beati Viri in Ecclesiam, ejus Caput Messias, Servator noster.

**אשר פרוי יתן בעתו** *qua fructum suum dat in tempore suo.* Fructuum productio: alterum in ordine hoc Symbolum Sanctificationis, nempe Vitæ, ad Dei gloriam & commune bonum. Targum. **די תנביה מבשר** *qua fructum suum (primulum) maturat in tempore suo.* Syrus: **ופארוהי יהב בזכנה** *& fructus suos dabit in tempore suo.* Arabs: **אלתי תעטי תמרהא פי חינה** *qua dabit fructus suos in tempore suo.* Senes Græci: **ὅτιν καὶ πρὸν αὐτὸ δώσεται καρπὸν αὐτῶν.** Vulgata: *quod fructum suum dabit in tempore suo.* B. Lutherus: *der seine Frucht bringt zu seiner zeit.*



zeit. פָּרִי pro פְּרִיָּה formæ פְּרִיָּה mutato in Jod,  
 & fulcro טָ Chirek magni excluso; V. Præcepta nostræ  
 ed. p. 88. Cum affixo, Jod radicale vicarium præcedenti  
 literæ dat Scheva. : pag. 123. membr. 6. Fructum signifi-  
 cat in genere quemcunq; , terræ, arboris, animalis, ho-  
 minis, conf. Deuter. xxviii, 11. Estq; à פָּרָה rad. *fructuo-*  
*sum esse, fructum ferre:* unde פָּרָה, פָּרָה, *fero fructum*, פָּרָה  
 & פָּרָה, *abundantia, fertilitas.* Pro quo Chaldaus  
 utitur vocabulo פָּרָה & dagesch compensativo pro mo-  
 re resoluto quandoque in Nun epentheticum (ut in  
 פָּרָה pro פָּרָה *fructus*, Job. xviii, 2.) פָּרָה *fructus*, ac recens  
 quidem fere semper cujusq; speciei, פָּרָה וְרֵאשִׁית,  
 quemadmodum Interpretes Ebræorum reddere solent,  
*primulus, primus fructus anni* cujuscunque speciei, דָּשׁ  
*Neue vom jahre:* ab פָּרָה themate in secunda Chaldaïs  
 usitato, *fructum producere:* conf. Ebræorum פָּרָה *spica,*  
*hordeum primulum, nova fruges, die Erstlinge/* Exod. ix, 31.  
 Levit. II, 14. Arabs, ut supra jam quoque monuimus,  
 palmæ fructum, פָּרָה *dactylos,* (unde in officinis medica-  
 mentum, electuarium, quod vulgò: פָּרָה *Altameri s.*  
*de dactylis,* Græcis Πάροισμον, vocatur) quanquam, quod  
 verum est, etiam fructum, in genere, quemcunque si-  
 gnificet eadem vox, exprimere videtur. פָּרָה *dat,*  
*dare solet.* (conf. infra Observ. ix.) Ita verò phrasin hanc:  
*fructum ferre, proferre* reddere consueverunt Ebræi, per  
 פָּרָה nimirum: terra, arbor, vitis פָּרָה vel פָּרָה *dat, dabit fru-*  
*ctum suum,* Levit. xxvi, 4. Psal. Lxvii, 7. Lxxxv, 13. Zach.  
 viii, 12. Aliàs varias significationes hujus radicis cum  
 absolutè tum in statu constructo positæ, quatenus signi-  
 ficat: *dedit, præbuit, addidit, exhibuit, tradidit, reddidit,*  
*posuit,*



posuit, permisit, concessit, fecit, effecit, docuit, pronunciavit,  
 existimavit &c. V. ap. Schind. in Lex. Flacium, in Clave  
 v. dare. D.D. Glassium, Philos. S. lib. III. tr. 3. can. 1. 11. & 15.  
 Targum: מְבַשֵּׁר *concoquit, maturat.* כוּחַ הַמְבַשֵּׁל *verò de co-*  
*ctione & naturali & artificiali dicitur:* [כוח המבשל] *facultas concoctrix,* Rabbinis: זְמַן הַבְּשׂוּרָה *tempus matu-*  
*rationis frugum,* quando maturescunt: Græcis: ὀπώρα,  
 q. verò ὀπώρα τὸ ὀψὲ καὶ ὄρα.] idemq; adeò hîc Chaldæo de-  
 notat, ut modò dictum, quàm *maturefcere, maturare,*  
 quæ maturat fructus suos. עֵת *tempus opportu-*  
*num, tempestivum, idoneum* propriè suo cuilibet negotio  
 vel rei: quod ad radicem verbalem עת *tempestivè, op-*  
*portunè loqui, agere aliquid,* quæ tamen semel tantùm re-  
 peritur, Jes. nimir. L, 4. licet cum Schureck pro Cho-  
 lem (quem locum CL. Buxtorf. en diversimodè jam ad  
 עת in Lexico & Thesaur. lib. I. cap. XIX. p. m. 174. jam  
 ad עת in Concordantiis refert) cum eodem, Avenario,  
 Schindlero in Lex. nos referimus; minimè cum Kim-  
 chio, Pagnino in Lex. ad עת, quod Dagesch literæ ה im-  
 pressum in incremento vocis satis ostendit. Nec signi-  
 ficatio radicis עת, quæ est *pervertere, subvertere, perver-*  
*sum esse,* nostro עת vel modicum quadrat. Multò mi-  
 nus ab עת vel עת *tempus* (quo tamen haud Targum  
 h. l. sed altero illo עת vel עת *tempus opportunum, op-*  
*portunitas* utitur: quemadmodum etiam Græci τῶ : κατ-  
 γός:) Chaldaico, quam sententiam AbenEsra adscri-  
 bunt, deducitur. Contrarium enim potius verum est,  
 τὸ Nun vicarium hîc esse τῶ Dagesch compensativi &  
 representativi liter. ה radicalis mediæ abjectæ: non mi-  
 nus enim τὸ עת quoque עתים & עתות in plur. agnoscit

G

Chal-



Chaldæus. Cui tandem & tempus *statum, certum* denotat, juxta illud: הַעֲשֵׂה תֹרְהוֹ עֲרִים סֵפֶר בְּרִית: *qui facit Legem suam ad certa, stata tempora* (in cujus studio potius continuè & quovis tempore, לַיּוֹם לַלַּיְלָה *die & nocte*, ut suprâ vers. 2. dictum debebat esse occupatus) *irritum facit fœdus.*

Arbor igitur plantata heïc non ut fertilis tantùm, sed & ferax actu ipso describitur (Plinio, natur. hist. lib. XVI, cap. 26. p. m. 181. *infelices* dicuntur hæ arbores *damnatæq; religione sua quadam, quæ neque feruntur unquam neque fructum ferunt*) nec hæ tantùm, sed & prodiga quasi & luxurians, quæ cum copiâ & abundantia quadam suos protrudit fructus, eosdemq; vicissim minimè procaces aut abortivos, sed maturrimos, suo quemq;, בְּעֵתוֹ justo & idoneo temporis spatio excoctum. Addimus & hoc tandem, quod de Palmâ scribunt, semper illi pomum esse subnascente alio, h. e. antecedentem fructura (dactylos) concomitari semper occupareq; novum alium. Conf. & locum Ezech. XLVII, 12. & Apocal. XXII, 2. Qualis arborum fertilitas aliàs fingitur veriùs, quàm depingitur ab Homero Odys. VII. p. m. 200. in horti Alcinoi.

Τάων ἄποτε καρπὸς διέλλουσι, εἰδ' ἐπιλείπει  
Χεῖμα ἄδ' εἰδὲ θερος ἐπιτήσι, ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ  
Ζεφυρὴ πνεῖσσει τὰ μὲν φύει. ἄλλα δὲ πείσσει.  
Ὀγχὴ ἐπ' ὄγχη γηράσκει. μήλων δ' ἄπ' ἰμῶ  
Αὐτὰρ ἄπ' ἑσφυλῆ σφυλῆ. σῦκον δ' ἄπ' ἑσκῶ.

*Ex his fructus nunquam perit, neque deficit*

*Hyeme neq; æstate, toto anno durans, sed sanè semper*

*Zephyrus spirans hæc quidem crescere facit, alia autem ma-*

*Pyrus post pyrum senescit, malumq; post malum, (turefcere,*

*Porrò post uvam uva ficus autem post ficum.*

Sed



Sed enim hæc transeant. Intelligunt verò jam tandem vicissim in genere hac phrasi Bona Opera (quanquam sunt, qui Justitiam fidei malint: nec abnuimus fortè nos per omnia: conf. Johan. xv, 2. potiùs includimus aut præsupponimus mage vel eandem: alii planè verò vitam beatam sive æternam V. Genebrard. Bellarm. heïc. vix quidem; h. scil. in loco.) quæ regenerationis actum sive justificationis primò non præcedunt, sed sequuntur; eademque secundò in opulentiâ quadam; tertio, ac sua sponte, suo quodq; tempore justo præstitum: quemadmodum bonam arborem sui concomitantur fructus similes, Matth. VII, 17. & 18. Qualia describuntur & ab Apostolo, Galat. v. 22. *Charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia & similia.* Impii quidem & hypocritæ etiam suos sui generis, vel certè apparentes tamen fructus ostentant, imò ferunt sæpissimè eosdem: sed, ut dictum, vel sui generis, h. e. malos, vel apparentes; procaces, abortivos, quique putrescunt mox, pereuntq; atque evanescent: conf. infra vers. 4. item Matth. VII, 16. & 17. Jes. XVIII, 5. Sap. IV, 3. seqq. Alterum id, Productio fructuum nempe, Symbolum sanctificationis Vitæ, ad Dei gloriam & commune bonum.

וְעֵלְהוּ לָא יִבוֹרֵּי & *folium ejus non marcescit*] Constans Vigor atque viriditas: tertium symbolum nempe Perseverantiæ finalis sequitur. Chaldaus: וְאִתְרֵפוּי לָא יִפְּלוּ & *folia ejus non decidant.* Syrus, planè eundem in modum: וְאִתְרֵפוּי לָא יִפְּלוּ & *folia ejus non decidunt.*

Arabs: וּרְקָהָ לָא יִנְתָּר & *folium ejus non defluet.*  
G 2 Graci



Græci LXX: καὶ τὸ φύλλον αὐτῆς οὐκ ἀπορροήσεται. Vulg: *Et folium ejus non defluet.* Luther: und seine Bletter verweleken nicht. עֵלֶי *folium*, sive plantæ sive arboris: ab עָלָה *adscendit*, ita dictum, quod occupat summitatem s. superiorem partem earundem, aut quod loca illarum superiora petit sursumq; ascendit. Singulari pro multitudinis numero posito: ut fit sæpissimè. Quem in modum etiam Arabs: يَرْكَبُ *folium, frons, dis.* in plurali fracto, formæ ۱۳: يَرْكَبُونَ Rapheleng. in Lex. heic. p. 503. & Chaldaus & Syrus multitudinis numero utuntur, & hic quidem in formâ simplici: שָׂרֵפִין, ille verò heemanticâ (conf. supra Exercitat: H. pag. 31.) שָׂרֵפִין à themate suo, uterque: שָׂרַף in significatione hac: *quaterere, discutere, conquassare*, quod folia agitationi aëris & ventorum sint exposita. נָבַל porro *flaccescere est, marcescere, exarescere*: humido nimirum radicali deficiente, vel item ob æstum aut frigus, violento quodam modo: & de foliis atque floribus propriè dicitur. V. saltem & conf. Jes. XL. v. 7. & 8. ubi cum יבש jungitur, alia loca: cap. XXXIV, 4. cap. LXIV, 6. Hinc ad homines transfertur quoque tum postea, quando vitali succo atque viribus toti exhauriuntur atque hinc deficiunt: quem in modum Ithro, socer Moïsis, ad eundem Exod. XVIII, 17. & 18. ait: *Non bonum, quod tu facis, נָבַל הַבָּל marcescendo, i. e. omninò marcesces*, (Luth: Du machest dich zu müde) totus q. d. exhaurièris citò citiusq; deficies. Unde נָבַל Nom. quod de *cadavere* & hominis atque bestia item tum postea dicitur. Immo *Stulti & flagitiosi* denique per metaphoram נָבַל (unde *Nebulo* Lat. videtur etiam deductum) & נָבָלִים denominantur, à carentia sc. rectæ rationis & vigoris



goris iudicii, item morū depravatione, quasi quibus san-  
 gvis & succus earūdem rerū totus exaruerit, & qui veriū  
 inter viventes demortui, ac q. pro cadaveribus habentur,  
 quā vivis hominibus. Avenarius in Lexico radicem hanc ad  
 colorem primò refert, ac reddit per *flavescere, flavum esse, palluit, expalluit*: qui marcoris, de quo  
 hīc & nunc, consequens tamen potius est: unde Germani  
 deducit idem quoque *salb* aut *fahl* / & Græcum *Φύλλον* ac  
*Φύλλον folium*, quod citò & communiter flavescat & decidat.  
 Chaldeus, Syrus atque Arabs unā eademque utuntur radice,  
 aliā quidem paulò, (respectu fortè habito non nihil ad alteram  
 radicem illam, cognatam huic, *נפל* *cecidit, contidit, corruit*:  
 nam quicquid cadit, vigore suo minuitur, inquit Avenarius  
 hīc, & marcescit q. ut folia cadentia de arboribus &c.)  
 nempe *נחר* *defluere, excidere, decidere* (quem in sensum etiam loqui  
 amant Græci Vulgataque, consequente ad eò posito pro causā sive  
 antecedente. Luth: cum fontibus: *verwelcken nicht*) vicissim  
 tamen in significato hoc fere, ut *marcidum, evanidum* quid:  
 Syrus & Chaldæus in formā participii *נחרין* *defluentia* q. d. *sunt*,  
 scil. folia: Arabs verò in Futuro Conjugationis quidem octavæ,  
 quæ est *ينحتر* in Futuro: *ينحتر* *defluet* sc. *folium*, in sing. Jam,  
 id notetur verò h. l. porrò, negatione contrarii potentissimè  
 id removeri quidem, alterum verò horum vicissim & implicite  
 nihilominus poni opulentissimè, ex genio lingvæ originalis:  
 conf. infra Observat. v. *Cujus novæ defluit folium*, q. verò dicas,  
 quæ perpetuè viret arbor constantissimeq;. Caterū talem  
 proporrò palmam cum nonnullis aliis arbo-



arboribus impr. esse vicissim supra, teste item Plinio, asseruimus. Unde αειφύλλου & ἐμπεδόφυλλου etiam quibusdam vocatur:

*ut cuius nunquam Boreas discussit honorem.*

Addimus & hoc, de quo & supra ex parte, quod scribitur de palmâ, simul & flores & fructus semper habere, subnascensq; pomo pomum. Summus tandem in simili gradu igitur Arboris typicę hujus Vigor ejusdemq; constantia (aliter tamen alii, impr. ex Patribus, Origenes, Eusebius, Hilarius, Hieronymus, Aretas, Euthymius aliq; exponunt: vicissim Bellarminus, heic, de vitâ beatâ & immarcescibili glorię coronâ interpretatur: de quo dubitamus valde tamen nos) hoc tertio membro describitur, cum ratione sui ipsius (ætatem enim vel longissimam item, v. & conf. Plin. nat. histor. Lib. XVI. cap. 44. Theophrast. de plantis lib. IV. cap. 15, agere adstruitur) tum ratione foliorum etiam & fructuum perennantium & perpetuorum. Talis igitur vicissim est verè Justus vel Beatus noster: semper sui simillimus, semper: fert fructus perpetuò, suprâ laudatos, nec defatigatur; vernat, viret, floret quoque perpetuò perduratq;: ideoque felicitas ejus, potius Beatitudo & constans perpetuaque est: Psalm. CXII, 3. I. Timot. IV, 8. Contrà sunt impii, sicut arbor defluens folio suo, Jes. I, 30, cap. LXIV, 6. sicut gluma, quam dispergit ventus, infrâ paulò, hoc ipso in Psalmo, comm. seq. Tertium hoc, constans nempe Vigor atque viriditas, Symbolum perseverantię finalis in bono, atque connexâ huic perpetuâ felicitate, potius beatitate. Sequitur jam tandem:

יְצַלִּי



51

וְכֹל אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה תֵּלִיחַ  
*Et omne quod facit, prosperè  
 facit.]* Ultimum Commatis hujus membrum: appli-  
 catio nempe dictorum modò de arbore; imò omnium  
 superiorum ad pium beatumq; nostrum. Ita enim cen-  
 simus omninò: ad hominem, beatum nostrum, hæc  
 verba posteriora pertinere, haud arborem amplius:  
 quod aliis aliisque placet tamen. Quod vel accentus  
 Athnach, distinctivus major svadere utcunque videri  
 poterat, & qui claudit heic priorem sententiam, in ver-  
 bo scilicet præcedente יָבוֹרָה: ut alia hîc nondum adfe-  
 ram, de quibus infra mox. Cæterùm quid Interpretes  
 vicissim? meritò scil. eosdemq; prius audimus iterùm.  
 Chaldaus quocirca: וְכֹל לְבָלְבוּי רְמַלְבֵּל בְּמַגְרָגֵר וּמְצֵלַח  
*Et omne germen ejus, quod germinat, granescit Et proficit.* Sy-  
 rus verò: וְכֹל דַּעֲבַר מְשַׁלֵּם *Et omne, quod agit, perficit.*  
 Arabs: וְכֹל מַא יַעֲמַל יִתְּמַל *Et quicquid operabitur, perfici-  
 etur.* LXX: καὶ πάντα ὅσα ἀνὰ τὴν ἁγίαν κατεσκευάσθησεν. Vulgat:  
*Et omnia, quaecunque facit, prosperabuntur.* Luther: und  
 was Er macht/das gerätt wol. Chaldaus itaque para-  
 phrastes hoc membrum refert expressè adhuc ad arbo-  
 rem (לְבָלְבוּי germina, flores, surculi & לְבָלְבֵי germinare,  
 vigere, florere, à לָבַב, & sub formâ eadem מְגֵרֵר grana con-  
 cipere, granescere) quem sequuntur apud AbenEsrâ  
 Rabbînorum quidam, atque, ut supra ejus quodammo-  
 do mentio facta quoque est, è Christianis Interpreti-  
 bus nonnulli: quos quidem heic nominare supersede-  
 mus. Cæterùm, ut dictum modò supra etiam, quan-  
 quam ex parte saltim, hæc vice sequi illos non possumus:  
 rectiusq; ad hominem referuntur hæc verba: ita Syrus,  
 Arabs quoque statuere videntur; LXX senes, Aquila  
 quo-



52

quoque, teste Ambrosio, quibus singulis (Græci: *ὁ δὲ εὐεὶν*,  
*μετεβουδευειν*) mentis innuitur opus sive rationis, minimè  
expertis ejus creaturæ: ita Lutherus quoque: *und was*  
*Er macht &c.* quemadmodum AbenEzra etiam ipse  
*על האדם הנמשל לעץ* *ad hominem comparatum ligno*  
eadem refert: ut adeò iterùm dico, applicatio quædam  
sint hæc verba posteriora dictorum de arbore ad *אשר*  
*הוא*, q. dicatur: est enim pius sicut arbor plantata &c.  
ita idem, inquam, in omni opere suo; vel omne, quod  
facit; vel *nam, quia* in omni, vel omne quod facit pro-  
sperabitur: aut sanè potius Conclusio erunt omnium  
superiorum antecedentium, hoc fere sensu: beatus est  
omninò ille homo, qui non ambulat in consilio impio-  
rum, &c. sed in lege Dei &c. etenim sicut arbor est plan-  
tata &c, *ideoque, itaq;*, *quos circa* in omni, vel omne quod  
facit prosperabit. Hunc enim in modum & causaliter  
& conclusivè τὸ Vau præfixum non rarò sumi notissi-  
mum est. Piscator porrò h. l. τὸ *אשר כל* *Universale* id,  
ut suprâ quoque innuimus modò, bifariam exponit, &  
in casu recto & obliquo, h. m. *in omni* quod pius facit,  
idem ipse prosperabitur, vel *omne id* quod facit, id ipsum  
prosperabitur: ut adeò vel actionum vel ipsius pii per-  
sonæ quoque simul respectus habeatur (in fontibus ca-  
sus rectus est) sed fatente ipso, sensus in idem recidit tan-  
dem tamen. Nec obstat sententiæ nostræ pro porrò,  
quod B. Tarnovius heic τὸ *אשר* *facere* etiam arboribus  
competere dicat, probetque ex Jes. XXXVII, 31. Jerem.  
XVII, 8. Ezech. XVII, 6. addimus immò alibi fortè non-  
nunquam. Quod sicut enim non negamus; idem ta-  
men hæc radix illis (arboribus) applicata significat,  
quàm



quàm fructum ferre, *producere*, confer loca citata, aut  
*frondescere*, vel ejus simile quid; de quibus jam in præ-  
cedentibus modò dixit Vates: nec eadem illa heic repe-  
tita velle frustra his verbis quidem iterùm videtur: ad-  
do, atque lignum vel arbor præterea, extra folia in-  
quam atque fructus, quæ faciat, sanè nihil habet. כִּי  
הַשָּׂמַיִם *omne id E. quodcunque facit, Universale id, in-*  
quam, dum adhibet h. l. non propria amplius arboris  
aut facultates, sed hominis pii actiones aut opera respi-  
cere omninò iterùm videtur. Et cur quæso illa univer-  
saliter dicta, præter necessitatem, restringere vicissim  
vellemus, aut *αὐτολογεῖν*? Tandem id, וְיִצְלַח senten-  
tiam nostram hanc stabilit non minus quoque sufficien-  
ter: quæ radix scil. originaliter & plerumq; intelligen-  
tibus naturis atque operationibus, actionibus earun-  
dem tribuitur (an unquam in specie arboribus dubita-  
mus) & significat *ire, pertransire*, & postmodum *ire feli-*  
*citer, pertransire prosperè, prosperari*, Gen. XXIV, 21. 40. 42,  
56. cap. XXXIX, 2. 3. ult. Jos. I, 8. Jud. XIV, 6. 1. Sam. XVIII,  
10. Nehem. II, 20. Psalm. CXVIII, 25. Jerem. XII, 1. alibi.  
Mi Lorine, & tu verò atque impr. heus Bellarmine,  
Cardinalis, ubi verò extat, & unde probabitis; alter il-  
le: id denotare præclaram quandam & efficacem *per-*  
*svasionem* (at enim suspicor tamen jam jam legendum  
fortasse *pervasionem*, quia immediatè sequitur: & quasi  
perruptionem cum victoriâ: excusatumq; sic, ita si for-  
tè est, adeo eundem habebimus: ) alter verò hic: *virtu-*  
*tem h. l. activam arboris*, quæ conurrat ad maturandos  
fructus &c? V. hunc ipsum: quo in loco egregiè quoque  
virtutem activam liberi arbitrii in spiritualibus, vel ut

H

ipse



ipse potius loqui amat, quæ concurrat cum gratia Dei  
ad opera meritoria, contra Lutheranos adstruit.

Postremum igitur אֲשֶׁר הוּא Beatus ille homo, ordi-  
ne justo, perq; gradus, descriptus depictusque primùm  
negativè, commate 1. affirmativè comm. 2. comparati-  
vè hoc tertio, talis h. e. beatus omninò est, eritque, cum  
efficienter quidem, qui scil. superioribus dictis vers. 1.  
& 2. parem sese omninò gerit, tum verò atque imprim.  
etiam consecutivè, quia ideo, propterea, erit similis ar-  
bori plantatæ frugiferæq; &c. Is verò ipse vel maximè,  
inque se se jam, & in omnibus, quæ quidem agit, ideò  
prosperabitur. Prosperitatem autem hîc tandem ite-  
rùm intelligi volunt utramque, & temporalem & spiri-  
tualem vel æternam: Nam, juxta & Apostolum, *Pietas  
ad omnia utilis est, atque promissionem habet vitæ presentis  
& futuræ: 1. Timoth. IV, 8.* aut certè si non illam semper  
atque constantem, inq; oculos incurrentem, ut vel con-  
stat ex parte ex exemplo Josephi, Patriarchæ, de quo ta-  
men dicitur expressè, quod fuerit Vir in cunctis מְצַלִּיחַ  
prosperè agens, & Dominus cum illo &c. Gen. XXXIX, 2.  
tamen hanc, de quâ vicissim vas Dei electum, Paulus,  
Rom. VIII, 28. *Novimus autem, iis qui DEUM diligunt, quod  
omnia cooperantur in bonum.* conf. 1. Cor. XV, ult.

Applicatio superiorum (aut si mavis Conclusio) atque  
ultimum Commatis hujus membrum adeoq; sic fuit:

Isq; hicce nimirum tandem Ευδαιμων, אֲשֶׁר הוּא,

*Beatus homo* hactenus descriptus graphi-  
ceq; depictus.

הלח אבן:



ipse ponit loqui amari, per...  
ad opus mentis, cogit...  
Postquam enim...  
ne illo, per...  
negative, contra...  
ne hoc terro, talis...  
afficietur quidem...  
et a parte...  
cuiusmodi...  
proprietate...  
tum intelligi...  
talem vel...  
ad...  
et...  
adque...  
dicitur...  
propere...  
tamquam...  
Rom. VIII...  
et...  
applicatio...  
ultra...  
sed...  
et...





P. S. A. L. M. U. M.

P. R. I. M. U. M.

Abt. des ...

In ...

ANDREA SENNERTO

Präses ...

M. ANTHONIO GENTHERO

...

...

...

...

WITBERG

Typis Johannis Röhner, Acad. Typogr.





01 A 6640

ULB Halle 3  
003 108 309



Sb.


VD 17











Farbkarte #13

B.I.G.



PHILOGICARUM  
**MUM**  
 IUM,  
 A,  
 ma tertium:  
 blicè  
 ia Wittebergensi,  
 DE  
**NNERTO,**  
 Publ:  
 nte,  
 O SCHULINO,  
 horis antemerid. 21. Jan  
 o Majori.  
 LIHJ  
 ERGÆ,  
 eri, Acad. Typogr.

22

*R. Seifberg*

